

Luka

28

29 31

estis qui permanistis mecum in tentationi-
 bus meis. Et ego dispono uobis: sicut disposu-
 it mihi pater meus regnum: ut edatis et bi-
 batis super mensam meam in regno meo: et se-
 deatis super thronos: iudicantes duodeci-
 tribus israel. Ait autem dominus Symoni.
 Symon: ecce Sathanas expetiuit uos: ut cri-
 braret sicut triticum. Ego autem rogavi p-
 te: ut non deficiat fides tua. Et tu aliqn cō-
 uersus: confirma fratres tuos. Qui dixit ei
 domine: tecum paratus sum: et in carcere:
 et in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi pe-
 tre: non cantabit hodie gallus: donec ter ab-
 neges nosse me. Et dixit eis. Quando misi
 uos sine sacco et pera: et calciamentis: nū-
 quid aliquid defuit uobis? At illi dixerūt.
 Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet
 sacculum tollat similiter et peram. Et qui
 non habet: uendat tunicam suam: et emat

29 30

V MS 1431